Quelle: https://manuscripta.at/?ID=928
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



87 90

et quibus devocionis prestas affectum: prestes supplicantibus pium tuum auditum. Ps. Dominica

In diebus illis. Locutus est dominus ad moysen dicens. Ego dominus deus vester. Non facietis furtum. nec mentiemini: nec decipiat vnusquisque proximum suum. Non periurabis in nomine meo: non pollues nomen dominum tui. Ego dominus non facies calumpniam proximo tuo nec in oppriques eum. Non morabitur opus mercenarij tui apud te vsque mane. Non maledices surdo. nec coram ceco pones offendiculum: sed timebis dominum deum tuum: quia ego sum dominus. Non facies quod iniquum est. nec iniuste iudicabis: nec respicies plenam pauperis nec honores vultum potentis. Iuste iudicabis proximo tuo. Non eris criminator et susurro in plebe. Non stabis contra sanguinem proximi tui. Ego dominus. Non oderis fratrem tuum in corde tuo: sed publice argue eum ne habeas super illo peccatum. Non quaerere vlcisci nec memor eris iniuriae ciuium tuorum. Diliges amicum tuum sicut te ipsum. Ego dominus. Leges meas custodite. Ego cum sum dominus deus vester. Gr.

Exaltabo te domine quoniam suscepisti me nec delectasti inimicos meos super me. V. Domine deus meus clamaui ad te et sanasti me domine abstraxisti ab inferis animam meam saluasti me a descendentibus in lacum.

Ps. Cantate domino canticum nouum. Tractus. Dixit dominus ad me filius meus es tu ego hodie genui te. Postulabo a me et dabo tibi gentes hereditatem tuam et possessionem tuam terminos terae. Alleluia. Alleluia. Sed dum iocundum. Sed dum iocundum. Sed dum iocundum. Alleluia. Ps. Deus misereatur nostri benedicat nobis. Sequentia sancti euangelii secundum Iohannem. In illo tempore. Erant in hierosolimis et hyemps erat. Et ambulabat iesus in templo in porticu salomonis. Circumdederunt ergo eum iudei et dicebant ei. Quousque animam nostram tollis. Si tu es christus: dic nobis palam. Respondit eis iesus. Loquor vobis et non creditis. Opera quae ego facio in nomine patris mei: haec testimonium perhibent de me: sed vos non creditis.